



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Theologia|| Iuridica,|| Sev Ius Civile Theologicvm,||**

**Fickler, Johann Baptist**

**Dilingæ, 1575**

**VD16 F 976**

Eunde[m] co[m]mendare liberalitate[m].

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

**PRINCIPEM ROMAN. COMMENDARE LIBERALITATEM.**

VALENTINIAN. ET MARTIAN. AA.  
in l. priuilegia. C. De sacros. Eccles.

Princeps pauperum & Ecclesiarum alimenta cōseruare debet. Princeps eius humanitatis esse debet, vt regis prospiciat, & operam det ut pauperibus diversis speciebus de publico ministrentur.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE  
consulib. & spargere. Collat. 4.

Princeps non debet esse avarus. Principi aurum contemnere, præstat fortunæ fastigium.

IDEML. CVM MVLTA. C.  
de bon. quæ lib. &c.

Princeps liberalitate omnes vincere debet. **Q**uemadmodum imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet, & principales liberalitates culmen habere principium.

IDEML. FIN. IN FL. C. DE  
quadrien. præscript.

Magni laboris magnum præmium. **Q**ui suis consiliis suisq; laboribus pro toto orbe terrarum die noctuq; laborant, quare non habeant dignam sua prærogativa fortunam?

LIBERALITATE  
homines Deo coniungere,  
iuxta illud Apostoli: hilarem datorem  
diligit Deus. **T**HEODOS. ET VALENT. IN LL.  
nouell. De bon. decurion. &c.

**N**ulla professione virtutis, nullaque re alia potius homines Deo, quam prona liberalitate iunguntur. Nam cum beneficiorum fontibus genus amplificetur humanum, Diuinam beneficio-



benevolentiam nobis credimus obligari, unde spes tota vicissitudinis expectetur.

## IMPERATOREM

*ROM. NON DEBERE SE IM-  
MISCERE CAVSIS EC-  
CLESIASTICIS.*

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. QVOM.  
oport. Episc. &c. in princ. cum glo. sup. ver.  
conferens generi.

Imperator non debet se immiscere spirituali  
iurisdictioni: ad quid.n. se pto Deo intromit-  
tit de spiritualib. vel Ecclesiasticis, cum sciat  
ad se non pertinere? glo. in §. sancimus. Auth.  
eod. tit.

## QVANTÆ CVRÆ ET RELIGIONI MAXIMIS IM- PERATORIB. CATHOLICA FIDES FVERIT.

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTI-  
nianus A.A. in l. Inter cæteras: ll. nouellar. Theodosij:  
De Iudæ. Samarit. hæretic. & Paganis, tit. 2.  
ad Florentium P.R. P.

Inter cæteras solicitudines, quas amor pu-  
blicus perugili nobis cogitatione indixit,  
præcipuam imperatoriz maiestatis curam es-  
se perspicimus, verè religionis indaginem, cu-  
ius si cultum tenere potueris, iter prosperita-  
tis humanis aperimus inceptis. Quod vsulōge  
Religiōis verē  
indago, præci-  
pua Principis  
cura esse de-  
bet,

F 2      etatis

